



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

16. Et seuerissimè prætextus contra Clausuram.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

hanc ipsam pœnam incurunt
Moniales, si eosdem admit-
tant.

Concil Trid Seff 25 c 5 de Regul.

Roder t.1.q 47 a.4. & seqq.

XV. In Constitutione Pii V.
abrogantur priuilegia mulieri-
bus concessa ingrediendi viro-
rum Monasteria, sub excommu-
nicatione latæ sententiæ & Papæ
refruatæ. Item Regulares ad-
mittentes priuationem Officio-
rum in perpetuum incurunt, cum
suspensione à Diuinis, adeoque
mulieribus aditus ad Claustra
Regularium penitus sublatis pri-
uilegiis, etiam per Imperatores,
Reges, Principes obtentis inter-
cluditur, tum ut Religiosorum
quieti, tum ut puritati consulatur,
etiam si sint Ducissæ, Marchionis-
sæ, Comitissæ, Fundatrices. Ita
Bullæ tenor.

XVI. Obseruandum tamen

F 3 est.

est. In Bulla Pii V. non fieri mentionem Imperatricis, Reginarum aut earum filiarum, nec puerorum aut puellarum usu rationis carentium, quinimò si Imperatrix aut Regina perlustraret (nisi forte peculiaria statuta his quoque aditum denegent) Regulatum Claustra licetè ancillantem comitatum assumeret. H. Ex Nicolao III. & Gregorio IX. per Monasterium non intelligi Ecclesiam, cratem, collocutorium, sed tantum domum, officinam, claustra seu habitacula interiora, in quibus ranquam in clausura Moniales & Regulares degunt. In statutis Ord. Præmonstrat. distinct. 5. c. 12. loca mulieribus interdicta recensentur, Dormitorium, Bibliotheca, Ambitus, Capitulum, Refectorium, hortus Conuentualis (interior) aliaque loca ad quæ omni tempore Religiosis

giosis est liber accessus, non autem grangiæ aut hospitia, quæ ruri aut extra Claustrum ambitum Religiosi inhabitant. IIII. Piam V. viuæ vocis oraculo declarasse, quod noluerit mulieribus aditum præclusum ad Claustra cum aliis fidelibus, si in eis Missarum solemnia aliaque Diuina officia peraguntur, aut Supplicationes instituuntur, sepeliuntur. Fratrum, v. g. in ambitu aut aliorum fidelium funera, aut quauis de causa tantus populi concursus fieret, ut commode ingredi aut egredi per principalem portam nequeat, dummodo cum aliis sæcularibus fœminæ recto tramine ad portam, qua de Monasterio exitur, prope rent.

XVII. An poena excommunicationis huius etiam aliis præter Abbatibus, Abbatissas &

F 4 Supe-